

17

1

2.

3.

4.

5

6

7

8

9



J. G. Halbritter de majoratu

adscr. H. G. 1537.

IN NOMINE
SS. TRINITATIS
DISSERTATIO INAUGURALIS

2, 10. 308

1651, 6.

De
MAJORATU.

Vulgo

Majorats Gütern/

Quam

Præsides & auxiliante DEO O. M.

Authoritate & decreto

MAGNIFICI, NOBILISSIMI ET
CONSULTISSIMI JURISCONSULTO-
RUM ORDINIS, IN CELEBERRIMA
ARGENTORATIENSIS
UNIVERSITATE,

Pro summis in UTROQUE JURE Honoribus
& Immunitatibus

DOCTORALIBUS

Ritè legitimèque consequendis.

Publico ac soleenni examini submittit

JOHANNES GEORGIUS Halbritter
Ratisbonensis.

Ad diem 24. Maii

Loco horisque consuetis.

ARGENTORATI,

Excudebat Johannes Pichel/ Anno clō lōc LI.





SERENISSIMO, CELSISSIMO-
que PRINCIPI AC DOMINO,

DOMINO

EBERHARDO,
WURTEMBERGIÆ, TECCIÆ-
que DUCI, COMITI Montisbelgarum,
DYNASTÆ Heydenhemii &
Oberkirch &c.

Principi ac Domino suo Clementissimo

*Disputatione hac Inaugurali se suaque studia
commendare, & favorem gratiosissimum, quo Parentem,
præcipuè verò Avum, Celsissima eius Domus per
multos annos prosequi dignata est,
celebrare conatur,*

Serenissimi eiusdem Nominis

Cultor humillimus juxta ac

Devotissimus

Johan. Georg. Halbritter.



Clarissimo Dn. Candidato S. P. P.

Pone ratem, transi pelagus variabile juris,
Ad portum, ex quo mens fausta reportet opes.
Sive struatur equus scandens fastigia rerum,
Per cathedram ad veri Lumina magna boni.
HALBRITTERE, Ratisponæ promittere possum,
Te summè navum navigio vel equo.
Perficies, quæ jura volunt, quæ publica quærunt,
Sive meabis aquâ, sive meabis equo.

Benevolentia ergo scribebam

Joh. Georg. Dorfscheus D.

Acad. h. t. Rector.

Clarissimo

DN. HALBRITTERO

Amico & convictori meo jucundissimo,

Pro consequendis honoribus Doctoralibus

solenni more Disputanti,

UT virtute Tua Maiorum gloria crescat,
Teque vigente, Pater vivat Avusque Tuus,
(Quanti olim!) nuper mea vota precesque fuerunt,
Egregia ingenii cum documenta dares:
Quas non in cassum fusas vanasque fuisse,
Quam nunc moliris res satis ipsa docet.
Ergo iterum applaudo; numen veneratus, ut ausus
Eximios aura prosperiore beet!

*Sinceri amoris officio, testandi ergo
grat abundus scrib.*

Johannes Schmidt, SS. Theol. D.

Prof. ord. & Conventus Eccl. Præses.

Allu-

Allusio
ad nomen Præcellentissimi Domini
Disputantis

HALBRITTERI.

Dimidatus eques, *alatum equitare caballum*
Nescit; Tu tamen es, Dimidiatus eques.
*Scilicet ut * Dimacha audit, qui more draconis*
Pernici studio munera Martis obit.
Sic quia Tu pernix sectaris castra Themistæ
Diceris haut gratis, Dimidiatus eques.
Deproperata
invitâ Minervâ

*Hodiè Dra
goner dici-
tur.*

Johann-Ottonis Taboris D.

Lugubre cùm quid & dolenda res fiet
Ædes avitas possidere ab exteris:
Domusque propriæ, ac parentum insignia,
Præfixa quondam prædiis, videre mox
Dejecta; maiores ut hæc ex posteris
Æternum haberent optime inventum puto.
Tam tristis, HALBRITTERE, res nepotibus
Vix esse poterit, si paterna tertius
Bona occupat, quam cum vetusti sanguinis
Succedit in decus patrumque nomina
Gentis labes, gnatusque multum degener,
Ex patria qui sorte nil licentiam
Præter tenet, decoris omnis negligens.
Diu Themis, vestram sibi legit domum
Templum perennis gloriæ, quam stemmati
Dum vindicare porro Amice cogitas,
Dignam tuis rem factitas virtutibus,
Industriâ dignam Tua. Sic pergito

In Te

In Te Patres Avosque mundo reddere ;
Et quod precor, fiet brevi, ut scientiâ,
Tuisque scriptis ac honestis artibus
Germaniam illustres domum atque posteros.

Paucula hæc gratulabundus adiecit

Johannes Sebastianus Gambs

U. J. D. & Hist. Professor.

Præcellenti & Doctissimo Domino

JOHANNI GEORGIO HALBRITTERO

J. U. Candidato dignissimo, Amico meo honorando.

Maiorum titulos, nec nostri nomen honoris
Iactare, & proavis fidere velle suis,
Ad populum valeat: non hos quos matre cadentes
Excepit fausto docta Minerva sinu.

Posses, HALBRITTERE, Tua quoque nomine gentis,
A Patre & à claro quod Tibi surgit Avo,
Fulgere: at propria malebas laude decorus,
Et virtute pari nobilitare Tuos.

Robertus Königsmannus

Eloq. Professor.

Tanta Tua est virtus, probitas, doctrina, fidesque,
HALBRITTERE, animo semper amande meo;
Ut quoque post longi languentia tempora morbi
debilis ad laudes Musa tuas properet.

Euge DE O Duce victricis jam tertia palmæ
post Patrem Avumque Tuum præmia, AMICE cape!

A. Schiffman.

I. N. D.



I. N. D. N. I. C.

Proœmium,



Um tribus abhinc septimanis, examina, cuius, summos in utroque Jure honores petenti, obeunda, sustinuissem, atque per ea, à Nobilissimo & Amplissimo Jctorum in hac illustri Academiâ, ordine, disputandi impetrassem licentiam, cuiusmodi materiam eligendam duxi, quæ in assiduâ forensi exercitatione celeberrima, utilis ac maximè necessaria esset, quæve suis terminis clausa atque coarctata, facile brevi comprehendi ac circumcidi posset; nam instans proximè iter, cuicumque etiam Disputationi à me suscipiendæ, ultra quatuordecim dierum spatium, nil quicquam indulgere voluit, tempori igitur inservire cupiens ac in latifundio Juris circumspiciens, non videbam aliam magis congruam, vel certè voto meo convenientiorè existere, hac ipsâ, quam nunc propono, de MAIORATU materiâ. Verùm eam penitus introspeciendo, rem intricatam, maximè obscuram, opus grave ac provinciâ satis arduam me suscepisse cognovi, ita ut ab incepto non semel desistere cogitarem, ad quod non parùm Doctorum nostrorum terribilia de Materiâ fideicommissariâ (circa quam MAIORATUS noster præcipuè versatur) pronuntiata ac effata instigabant & impellebant. Nicol. Intrigliol. *de substit. centur. 1. quest. 1. num. 3.* refert, ex Dd. eam in Jure haberi, ut mare Anglicum, quod dicitur sine fundo. Marpurgen-
A ses 1.

ses 1. *Conf. 34. num. 60. p. 516.* viros doctissimos in hac fuisse lapsos & deceptos ex Deciano *in l. precibus 11. C. de impub. & aliis substit.* scribunt. Accessit quod de MAIORATU quatenus ille apud Germanos in usu est, nemo ferè scripserit, conquerente Betsio *de pact. famil. illustr. Epist. dedicat. pag. 19.* Licet enim primogenituræ & Maioratibus quidam non ignobiles viri, & magnâ ex parte Hispani, libros integros destinârint, ii tamen ad praxin Germaniæ parùm sunt accommodati; nec quisquam Germanorum hæcenus ad usum patriæ suæ illa traducere conatus est, sunt verba Betsii *d. l.* His ego curis ac cogitationibus in extremam perturbationem coniectus, anceps diu fui, quid mihi intra tam breve tempus peragendum esset? Prævaluit tandem peregrinationis instantis consideratio, quæ laborem jam inceptum deserere, ac novam exordiri telam, renuebat. Inde acriùs dies noctesque in eo ordinando ac perficiendo, insudavi, ac eousque pro temporis, quâ includebar angustiâ protuli. Fateor equidem minus absolutum & perfectum hoc pensum, sed quia ratio instituti mei longius impendere tempus recusavit, facilè me veniam impetraturum, confido. Nec planè supervacuum erit, tam difficilem & obscuram materiam in genera collegisse ac sub locis collocasse, quàm multi alioquin & acutissimi & eruditissimi viri vel intactam vel dispersam reliquerunt. Fortè licebit aliquando, ubi firmiter iudicium atque tempus id permittit, delineationem tractationis, quæ nunc proponitur, sequi, ac novum & uberius tractatum substituere, semper enim licuit (ut est apud Poëtam)

malè tornatos incudi reddere versus, atq;

si res ita ferat, retexere de in-

tegro opus.

CAPUT



CAPUT PRIMUM

Exhibens

PRAECOGNITA.

Thesis I.



Ultimâ disputatione circa Mulierum privilegia ratione intercessionis ipsis competentia, fusiùs occupatus. Nunc pro Masculis, & quidem de MAIORATU, eâ quâ licet brevitate, dicturus; omissis iis, quæ de fidei commissis in genere, illorumque origine, initiis, incrementis, passim apud omnes ferè Doctores traduntur, operæ pretiû videtur, antequam ad alia progredior, de Justitia Maioratum, de quibus in præsentiarum disserere constitui, quædam præfari, ineptum enim fore eorum naturam explicare, si non prius, an hos constituere sit licitum, ostenderetur. Et sanè, ut verum fatear, non minimas hæc Quæstio patitur difficultates, quæque ab acutissimis Hispanis, apud quos ea Jura maximè valent, ac quibus defendere hæc, quàm oppugnare & evertere, magis interesset, terribilis & difficillima redditur. Sic enim Ferdinandus Vasquius *lib. 1. cap. 8. illustr. controvers.* illa penitus damnat, ac tanquam mala perniciosissima subditis perpetuam servitutem imponentia, detestatur, execratur & è Rebus publicis salutis civium ex æquo faventibus, extirpanda suadet, rogat, hortatur; indeque fieri ait, ut omnes universique homines in Hispania, paucis Nobilioribus exceptis, tam nudi nascantur, ut jumenta & pecora, ac sicut servi & mancipia. Quod ipsum repetit ac confirmat *cap. 41. eiusd. lib.*

Ostenditur Maioratus constituere omni Iure permissum

Rationes dubitandi.

2. Verùm enimverò non una est ratio, ob quam hæc fidei commissa, utpote publico maximè expedientia, sustineantur ac tollerentur: nam licet de Jure communi vulgatissimum sit, ut ad bona paterna liberi æqualiter admittantur. *l. 11. C. famil. hercisc. & ibid. alleg. Gothofred. l. 1. C. unde liberi. Nov. 118. cap. 1. & Auth. in successione. C. de suis & legit. Forster. lib. 4. de success. cap. 13. num. 1. Marpur-*



genfes vol. 1. conf. 17. num. 5. Rittershus. part. 7. cap. 4. num. 9. ac illud
ipsum rationem atq; fundamenta in Jure naturali habeat, l. 4. C. com-
mun. divid. l. ult. C. commun. utriusq; lud. d. Auth. in success. C. de suis
Rationes decidendi. & legit. &c. Barbosa lib. 1. cap. 26. axiom. II. Quia tamen Domino
& Testatori integrum est legem successioni suæ dicere. l. 120. ff. de
V. S. Nov. 1. in princ. Adde l. 1. C. de SS. Eccles. præcipue verò Nov. 117.
cap. 1. pr. Dauth. de Testament. num. 84. neque prohibitum uni præ
altero quid legare vel assignare, eo validiori & firmiori quoque ful-
cro eiusmodi MAIORATUS nituntur, quippe qui ad familiarum
splendorem, generis propagationem, bonorumq; confirmationem
communiter eriguntur ac instituuntur. vid. th. II.

Italia sta- 3. Quâ solâ ratione Dd. Italiæ statuta, quibus fœminæ in
tuta fœmi- totum à successione excluduntur. teste Mantica de conjectur. ult.
nas à suc- volunt. lib. 8. tit. 12. num. 8. ut justa defendunt, Dd. apud Forster. de
cessione ex- success. lib. 4. cap. 24. num. 4. quia per ea familiæ conservantur, nec
cludentia diminutionem, extenuato patrimonio ob paupertatem patiuntur,
quomodo quod facile evenire posset, si fœminis fortunas & bona parentum
defendan- ad exterâs familias deferre, permissum foret. Junge Betsl. de pactis
tur. famil. illustr. cap. 4. p. m. 78. & copiosè Bodin. de Republ. lib. 5. cap. 2.
per tot. eleganter ex Petr. Gregor. Juris Syntagm. lib. 45. cap. 13. n. 4.
& 5. Marpurgenfes vol. 4. conf. 30. Idcirco inquirunt statuta Italiæ
& aliorum locorum leges, fœminas à successione intestati rejiciunt,
ne alienigenæ bona earum possideant, neve maiorum lumen ex-
tinguatur. Grave enim & lugubre est, maiorû imagines non videre
affixas, vel videre revulsas. Sed & Reipublicæ incumbit non pati
per alienigenas exspoliari incolarum opes, cum mulieribus patri-
monia ampla aliò transferre, & pauperes agnatos ac viros, qui ob-
sequiis, Reipub. commodis nascuntur, & patriæ moriuntur videri
inopes. Quid igitur obstat, quominus maioratus legitimi censean-
tur, cum etiam per eos patrimonia indivisa, integra, illæsa penes
familias, maximo cum Reipublicæ (cuius interest familias divites
conservari. l. 1. §. 13. vers. publicè. ff. de ventr. inspiciend.) commodo &
ornamento, custodiantur ac servantur, quæ alioquin per filiorum
divisiones attenuerentur, ac ad nihilum, exinanitæ, redigerentur.
Jungatur Rittershusius partit. feud. lib. 1. cap. 15. quest. 9. Tiraquell.
de lur. primog. quest. 4.

Feuda re- 4. Hinc tam sollicitus Imp. Fridericus in Constit. illâ qua. 2.
galia an F. 55. §. firmiter. extat: Ne feuda regalia divi dantur (jam autem
dividantur receptum

receptum est, ut in his regalibus feudis, quæ non dividuntur solus primogenitus succedat, Bald. *in Auth. ex Testam. num. 10. in fin. de collat. Felin. & Afflict. allegati à Francisc. Cardinal. Manticà de tacit. & ambig. convent. lib. 23. tit. 27. num. 22. cui addas Marpurgenses vol. 3. consil. XI. num. 27.*) quam in Principatibus quatuor Electorum secularium, confirmatam vide in Aurea Bulla *cap. 24.* Quid hodiè adhuc obtineat, quidve mutatum, invenies apud Gothofred. Anton. *Disp. Feudal. 9. thes. 3. lit. e. & ibid. allegat. autor. quibus annu-mera Matthæum Wesenb. conf. 41. num. 163. part. 1. Carpzov. ad Leg. Reg. cap. 7. sect. 1. num. 4. & 7. Gail. 2. observ. 153. per tot. Sanè si Principatus in plures sæpius dividerentur partes, quid aliud fiet, quàm ut tandem ditionibus & præfecturis minuatim toties scissis, & singulis attributis, Principes efficiantur sine Principatibus, familiæque illustres, eo modo dispersæ & multiplicatæ, vilescerent, ac præter nomen dignitatis, nihil retinerent. *arg. l. 2. C. quand. & quib. quart. pars & c. l. 7. in princ. ff. commun. divid. Leucrier. in tr. de primog. lib. 1. q. 3. allegatus à Dan. Otton. iur. publ. c. XVII. quibus adde Reinking. de regim. sec. lib. 1. class. 4. cap. 17. p. 209. Francisc. Card. Mant. d. l. 23. num. 27. Tiraquell. de iur. primog. in præfat. num. 32. & q. 4. num. 21. Dauth. de Testam. n. 253.**

5. Quamvis autem ex his, quilibet, quid ad Vasquii argumenta respondendum sit, desumere possit, quia tamen causam falsæ opinionis patefacere ad finem veritatis confert, Aristot. 7. *Ethic. 14.* non pigebit ad ea respondere. Primò quidem generali & usitatissimâ hac replicatione, sermonem hic non esse de vitiis, occasione Maioratum, præsertim in Hispania provenientibus & ortis; quid enim tam sanctum est, circa quod hominum nequitia intervenire non possit! eâ tamen de causa, res ipsa, quæ ab usibus carere est nata, ut illicita, non statim venit damnanda; loquimur igitur de usu vero, legitimo, justo, & intra terminos charitatis Christianæ, consistente, permanente, secundum quem maioratus passim in Germania constituantur, quo casu maior natus, reliquos fratres non nudos dimittere, sed alimenta ipsis, pro familiæ dignitate assignare debet, sive ut sunt verba Aureæ Bullæ *d. cap. 24. apud illos fratres & sorores cle-mentem & pium se primogenitus exhibebit, continuo juxta datam sibi à Deo gratiam, & iuxta suum beneplacitum, & ipsius patrimonii facultates.* Imò videmus in Germania reliquis fratribus interdum tertiam, vel etiam dimidiam hereditatis partem, inter se dividendam relinqui;

tur, & quis in eis succedat.

Contrariarum remotione, si se resolutio

Maioratus quomodo in Germania constituantur.

*Apanagia
unde dicta*

nonnunquam ita informantur fideicommissa, ut reliquis fratribus ille, qui bona maioratus accipit, certam pecuniæ summam dependat, quæ nobis Fürstlicher Vuterhalt oder Deputat, sive Abbannung / quasi dicas, remotio à regno, hereditate &c. Vide hîc Dan. Otton. *jur. publ. d. cap. 17.* non verò à pane quotidiano, ut voluere quidam inepti pragmatici, (quis reverà pragmaticus sit, vide apud Johan. Garf. *tract. de ex. enf. & meliorat. cap. 17. num. 17.*) relati à Tiraquell. *de jur. primog. quest. 5. num. 4.* hic tamen moderatior, quia de hoc vocabulo ipsi non constabat, nihil in medium proferre voluit) quos ridet Betsius *de pact. famil. illustr. d. cap. 8. pag. m. 333.* Latinis Apanagia barbarè vocantur, de quibus Springsfeld. *tr. iurid. polit. de apanag. Bets. de pact. famil. illustr. d. loc.* quibus addas Besold. *de success. reg. lib. 1. dissert. 11. num. 2. & eod. lib. dissert. 4. num. 6.* Quod ipsum non profus alienum, à sacra historia veteris Testamenti. Sic Josaphat plures filios habens dedit primogenito Joram regnum, reliquis verò munera, ut & civitates quasdam, 2. *Chron. 21. vers. 2.* Reinking. *de regim. secul. lib. 1. class. 4. cap. 17.* Tiraquell. *q. 4. num. 34.* Nicol. Reufner. *vol. 3. conf. 8. num. 19.*

*Ulterior
sententia
nostra con-
firmatio
per positio-
nem & re-
motionem.*

6. Præterea ut Maioratus constitutio sit justa, requiritur ut legitima liberis liberis salva sit. Vide infra *thes. 19. num. 2.* quia hæc liberis Jure naturæ debetur. *Nov. 1. in præfat. §. 2. l. 7. ff. de bon. damnat. l. 36. §. 2. C. de inoffic. testam.* Quamvis enim liceat patri in eos quos magis diligit, filios, aliquid ampliùs conferre, illud tamen tam amplum esse non debet, ut cæteri filii per immensitatem eius in portione jure naturæ debitâ, lædantur, & ipsarum legum intentio, transcendatur, sunt verba Nicolai Betsii *de pact. famil. illustr. d. c. pag. m. 369.* quæ egregiè confirmat. *Novell. 192. cap. 1. & Hartm. Pistor. Quest. iur. 38. num. 75.* Accedit, quod etiam in Lege Divinâ primus & senior fratrum, in divisione hæreditatis paternæ, duplices accipiebat partes, ut patet ex *Deuteronom. cap. 21. vers. 17.* Ut taceam omnium ferè Gentium mores ac consuetudines, simile quid observantes, de quibus latè Tiraquell. *in præfat. per tot.* Besoldus *de success. & elect. reg. lib. 5. dissert. 6. num. 8.* Carpzov. *ad L. Reg. cap. 9. sect. 1. num. 7.* Laur. Beyerlinck. *magn. theatr. vit. hum. lit. B. p. 595.* Tantum igitur abest, ut Maioratus impietatis vel inhumanitatis accusari possint, quin potius hi ad conservandum familiarum Regiarum & Ducalium, aliarumque illustri titulo eminentium, splendorem, potentiamq; earum muniendam & augendam, utiles sunt

sunt ac salutares, & penè necessarii. Nec hisce adversatur, quod
thes. 2. dictum: Leges æqualitatem ferè semper amplecti, eamque
rationem in Jure Naturæ habere. Hoc etenim fit, & contingit,
ubi Testator de aliâ voluntate nihil edixit, voluntate verò Testa-
toris certâ, hæc pro lege servatur, eius enim sola in fideicommissis
dominatur voluntas. *Nov. 22. cap. 2.* Hinc illud *Dd. Brocardicon:*
Disponat Testator, & erit Lex. Cum igitur parentibus liberum sit,
cuicunque tam extraneo quàm suo heredi, præ reliquis quid relin-
quere. *l. 32. §. fin. l. 67. §. 2. ff. de legat. 2. l. 114. §. 17. de leg. 1. ibi: verum est*
enim in familia reliquisse, licet uni reliquisset. Cur seniori sive primo-
genito, vel his deficientibus proximo agnato ob evidentem utilita-
tem, jure præcipui quid assignare, inusitatum & vetitum esset?

7. Et tandem, ut quoque satisfaciam illorum objectioni, *Majoratus*
qui putant satis probè consultum esse splendori ac conservationi *commen-*
familiæ, per simplicem prohibitionem de non alienando extra *dantur ab*
familiam, adeoque non necesse, uni, cum præjudicio reliquorum, *utili.*
quid addicere & ita inæqualitatem introducere ac fovere. Hujus
inquam objectionis vis, facilè corruet, si probationem exige-
re vellem, nisi enim nimis longum foret, & ad alia properandum,
absque labore ostenderem, quàm citò, patrimonia, eo quoque ca-
su dissipentur, si scil. proximiores conjunctim vocentur, ac inter
eos patrimonia dividantur. Notanda hic summa illa utilitas, ex
Majoratu profluens, quam suppeditat. *Betsius de pact. famil. illust.*
p. m. 461. ex Goldasto, dicens: in eum quoque finem, in Ducalibus
familiis ejusmodi Majoratus institui, ne unquam tutelæ locus sit,
sed Principatus semper proprios habeant Dominos; uti hoc casu
fieri necesse est, nisi contingeret omnes ejusdem lineæ esse impube-
res, adhuc aliud commodum quod Majoratum sequitur. vid. ap.
Ernest. Cothman. Respons. Jur. vol. 2. Resp. 14. n. 30.

8. Cum itaque apertum sit, fideicommissa in favorem Senio- *Summa eo-*
ris constituere, non tantum, non prohibitum, verùm omni Jure li- *rum, qua-*
citurum & permissum esse, maximæque utilitatis, ac prudenter eos *thesib. præ-*
facere, qui privatos erga filios affectus, utilitati publicæ constanter *cedentibus*
& severè postponunt. (hinc rectè *Nicol. Reufner. 3. consil. 8.* nefas *dicta sunt.*
est dubitare quin Jus primogenituræ, quod ex Legis autoritate
fit, quoad Jus poli & fori sit justissimum) proximum nunc est ad
ea propiùs accedere. De Majoratu igitur aliquid acturus, primo lo- *Dispositio*
co occurrit, *Definitio & Divisio.* Illa vel *Nominalis* est, vel *Realis.* *tractatiõe*

Quoad

Etymologia.

Quoad nominalem, notanda primò. Etymologia, quod majoratus non compositum, sed simplex verbum sit, atque ut communis Doctorum opinio (veteribus enim Jureconsultis istud vocabulum non fuit usitatum, adeoque declinantis ævi scriptoribus potius tribuendum.) deducendum à majore, respectu habito ad istud Jus,

Paronymia.

quod ipsi tanquam Seniori constituitur. Hinc in Latii sermonis barbarie, Præfectum Urbis majorem vocabant, Præfectum Cænobii Majorissam. Gerard. Voss. *de vitis sermon. lib. 3. c. 22. p. m. 486.*

Homonymia.

Et ut pauca sunt vocabula quæ plura non significant. Barbof. *Locuplet. lib. 1. cap. 56. ax. 1.* Sic Majoratus vocabulum variè sumitur de quibus significationibus, vid. Molin. *de Maioratu, disp. 577. in fin.*

Synonymia.

Voss. *de vitis sermon. d. loc.* Vocatur Majoratus passim à Dd. primogenium, primogenitura, Majoria, Majoratus, senioratus, prioratus, primatus. vid. Speidel. *Sylog. quest. Jurid. lit. P. num. 92.* & Francisc. Card. Mantic. *de coniectur. ult. voluntat. lib. 8. t. 10. num. 7. & 8.* Tiraquell. *de 1. Primog. quest. 1. num. 14.* Inter quæ vocabula, licet differentias reales esse, quidam affirmant, hanc tamen litem meam non faciam, quia de majoratu non aliter hîc scribere constitui, quàm quibus modis ille in Germaniâ plerumque constitui, cum Juris civilis robore, solet, adeoque facilè condonabit, benevolus Lector, si vocabulis hisce cum Dd. indistinctè, nec ita accuratè nunquam utar, præsertim cum ea magnâ ex parte in Jure civili ignota & barbara sint.

Definitio.

9. Exposita definitione nominali sequitur realis, quam, relictis descriptionibus, quas varii, variè, hinc inde, proponunt, ita concipere placuit, quod Majoratus sit Jus succedendi in bonis eâ Lege relictis, ut in familia integra, perpetuò conserventur, & proximo cuique sive seniori, ordine successivo, deferantur. Dixi in definitione perpetuò (nam ea tantum explicanda sumam, quæ præcipua & majoris esse difficultatis videntur) ad dirimendam contro-

An majoratus ultra quartum gradum extendantur?

versiam an majoratus ultra quartum gradum extendatur? Sunt enim qui negant ultra quartam generationem fideicommissa Familix vim habere, è quorum numero Covarruv. *var. resolut. tom. 2. lib. 3. cap. 5. num. 4. vers. secundum.* qui propterea, Majoratum quatenus in Hispania receptus est, etiam hoc in passu, à Majoratu, qui ex Jure civili deducitur, differre ait: Quod tamen Juri Justiniano parum convenit per *l. 69. §. fratre 3. ibi. omnes fideicommissum petent. l. qui solidum 78. §. fiduum 3. ff. de legat. 2.* ubi finitâ demum familiâ

pote.

potestas alienandi in extraneum concessa est; Quin potius cum fideicommissa hæc, uti supra latius expositum, favore agnationis & familiæ introducta, ac ordinata, exinde favorabilia sint. vid. inf. *rb. ii.* neutiquam contra testatoris mentem, tam brevi temporis intervallo includenda, ac circumscribenda, per *l. omnia 32. §. final. ff. de legat. 2.* Et cum familiæ nomen collectivum sit, suæque natura, temporis tractum ac personarum perpetuitatem implicet, omnesque descendentes in perpetuum complectatur. *d. l. 69. §. 3. ff. de legat. 2. l. ult. C. de V. S. l. 195. §. 2. ibid.* jungatur. Vir Consultissimûs Knipschildt. *Disput. Inaugur. de fideicommiss. famil. thes. 4. lit. f. & thes. 16. lit. a.* cur majoratus, qui ad conservationem ejusdem institutus, & ut cum familiâ perpetuò duret, citius extinguatur, contra Testatoris placitum, qui in perpetuo vigore & incremento familiam suam per ejusmodi majoratum conservare ac permanere voluit; vid. *Argentoratens. vol. 1. consil. 49. num. 60. & seqq.* graviter dissentio. *Mantic. de coniectur. ultim. nolunt. lib. 8. t. 2. n. 21. vers. sed ego non video.* Carol. Molin. *addit. Alex. consil. 56. lib. 6. vol. 1.* allegante eum Michaël Grass. *sentent. lib. 5. fideicommissum. num. 2.* ut & Dec. Jason. fatente Nicol. Intingliol. *de substitut. centur. 3. quest. 79. n. 25.* Restat ex præcognitis Divisio quarum à Dd. traduntur, quam plurimæ, quæ tamen non tam sunt divisiones, quàm modi constituendi. Igitur omissis iis aliisque; dico Majoratum esse vel proprium, ubi scil. forma & materia aliaque requisita, quæ inferius huic ascribuntur, omnia adsunt, vel Improperium, ubi horum quid deest. e. g. si Maioratus non sit perpetuus, sed tantum ad certum aliquod tempus constitutus.

10. Nunc transitum facio ad tractationem specialem, i. e. cognitionem ipsius rei. De Majoratu itaque sic agam, ut illum considerem, & in se, & in Affinibus. In se consideranti non solum consentanea, sed & dissentanea, sive contraria, veniunt observanda. Consentanea absolvam, causis & effectibus. Causæ iterum sunt vel externæ vel internæ. Illarum alia efficiens, alia finalis. Efficiens est voluntas instituentis majoratum, vel expressa vel tacita, legibus non improbata. Expressam voluntatem declarat quis, si verbis aperte & specialiter majoris faciat mentionem. Et tunc cum in verbis nulla est ambiguitas voluntatis quæstio non admittitur. *l. non aliter 69. pr. & §. 1. ff. de legat. 3. l. jam hoc jure 4. §. 1. vers. hoc itaq. ff. de vulgar. & pupill. substit. vid. Nucleum C. J. A. de reb. dub.*

B

thes. 3.

thes. 3. nec dubium est, quin eo casu dispositio perpetuitatem habeat. e.g. si dictum sit: Daß nach absterben N. solches Gut auff seinen ältesten Sohn/ vnd dessen folgenden Sohn/ vnd also fürbaß allweg auff den ältesten Sohn des Inhabers/ kommen vnd transferire werden soll. alias formulas vid. apud Nicol. Reufner. vol. 3. consil. 8.

Tacita. Hondedæum vol. 2. part. 4. de ultim. volunt. consult. 45. pr. Tacite voluntatem suam ostendit, qui dicit, ut ad majorem de domo perpetuo bona devolvantur; quo casu hoc non intelligendum de majore, dignitate vel scientiâ, sed majore annis, sive ætate, adeoque naturaliter magis quàm civiliter. l. ult. C. de his qui veniam at at. l. fideicommissum 76. ff. de condition. & demonstr. Tiraquell. de iure primogen. quest. 1. num. 10. & 11. Card. Mantic. de coniectur. ult. volunt. lib. 8. t. 10. num. 1. vel si Testator jubeat bona sua post mortem heredis instituti indivisa, pervenire ad proximiorum semper agnatum, tunc, licet plures sint in proximiori gradu majori tamen natu hæc debebuntur. arg. l. ult. ff. de fid. instrument. quamvis de facto consultus Tiber. Decian. in consil. 71. vol. 2. contrarium responderit, & eo casu omnibus proximioribus fideicommissum deberi affirmaverit, rectè propterea reprehensus, à Card. Mantic. de tract. de coniect. ult. vol. lib. 8. t. 10. num. 5. Dissentiunt alij in genere, qui nunquam fideicommissum tacite constitui vel præsumi existimant, nisi ejusdem expressis verbis fiat mentio, quorum tamen opinio, utpote erronea, à magnis Jctis merito suo reiicitur, quos hic nominare supersedeo, certus Disputationum elegantiam, nihil minus quàm in allegationibus plurimorum autorum consistere. vide Barbos. Locuplet. lib. 1. cap. 50. axiom. 1. & 2. Peregrin. de fideicommiss. artic. 1. num. 47. Plures modos per quos tacite majoratus constitui potest recenset Molin. de majoratu. disput. 590. quos ego ne contra mentem disputatio excreseat, mitto.

An fideicommissa præsumantur?

Finis.

II. Jam brevissimè altera causarum externarum, finalis scilicet indigitanda potius, quàm explicanda, est, bonorum familiarumque perpetua conservatio, uti supra thes. 6. 7. 8. fusiùs explanatum quibus adde Tiraquell. de iure primogenitur. in præfat. Springsfeld. de

Naturale Apanag. cap. 17. num. 43. & seqq. Hinc quoque (quod ad naturam
majoratum. ad- Majoratum referendum esset) favorabiles sunt, ut & fideicommissa
de thes. 9. familia in genere. vide Peregrin. de fideicommiss. art. 1. num. 24. Nic.
vers. dixi Intrigliol. de substitut. centur. 3. q. 75. num. 8. Marpurgens. 1. consil.
perpetuo. 20. num. 12. Decian. 1. consil. 31. num. 162. Unde Cephal. consil. 137.

n. 38.

n. 38. referente Card. Mantic. *de coniect. ultim. volunt. lib. 7. r. n. 44.* ea in dubio, ut existant interpretanda esse, monuit; hac ratione fortè motus, quod publicè interesset familiarum dignitates salvas esse. *l. 1. §. 13. de ventr. inspiciend. cum paupertate aliàs sordescant. arg. l. quisquis §. 1. in fin. C. ad L. lul. Maiestat. adjunge Ernest Cothman. Responsor. Jur. So. num. 89. ibi: tantùm abest, ut interpretatione sit coarctandum & temperandum eiusmodi fideicommissum, ut etiam plenius interpretandum & latius porrigendum, ac quâ fieri potest ratione conservandum & propugnandum sit. l. in testamentis 12. ff. de Reg. Jur. Imò à verborum significatione, & ipsius dispositionis naturâ, in favorem agnationis pro fideicommissio familiæ tuendo, non nihil recedi jure posse, & debere, asserunt Dd. allegati ap. eund. d. loc.*

C A P. II.

Comprehendens Materiam Subjectivam Majoratum.

12. Causas Externas, de quibus nunc actum, excipiunt Internæ, quæ consistunt in Materia & Forma. Materia duplex, alia Subjectiva, alia Objectiva. Subjectum, vel constituens, vel recipiens. Constituere autem majoratum & voluntatem suam *in th. 10. Qui majoratum constituere possint.* expositam, declarare possunt omnes, quibus per ultimam voluntatem de rebus suis disponere, aut validè contrahere, non est inhibitum, liberamq; rerum suarum administrationem habent, absq; ullâ sive sexus, sive dignitatis distinctione, tam ignobiles. *argum. 2. Feud. 3. vers. novi.* (licet plerumque à Nobilibus constituentur) quàm nobiles, sive masculi, sive fœminæ, tam Patresfamil. quàm filiifamil. quin imò hi etiam de bonis adventitiis; pleno Jure ad eos pertinentibus, tam inter Vivos. *Nov. 117. cap. 1. §. 1.* quàm Testamento. *arg. l. ult. in princ. C. de inofficios. Testamento. l. 7. C. de bon. qua liber. junct. l. ult. §. 5. vers. filiis autem. C. ibid. Novell. 123. cap. 19.* Doctores plurimos dissentientes, vid. apud Excellentissimum Dn. Ludvvell. Patronum & Præceptorem meum honoratissimum, *Disp. ad libb. Instit. 7. th. 4. lit. e.* quibus annumerâ Bocer. *class. 3. disp. 1. de Testam. th. 28.* Duaren. Vaud. aliosq; ap. Hænon. *controvers. Jur. disp. 7. th. 13.* adde Molin. *de Maioratu, disp. 693.*

13. Progredior ad subjectum recipiens, nempe personas, quibus Maioratus constituendus, & quæ in eo succedere, possunt, quales

sunt omnes, qui ultimâ voluntate aut contractu accipere sunt ca-
 paces. Adde Consultiff. & Ampliff. Dn. Rebhan. Spectab. Facult.
 Jurid. h. t. Decan. Præceptorem & Fautorem meum plurimum suspi-
 ciendum *Isag. Iustin. disp. 7. th. 12. de substitut.* & quidem seniores ac
 proximiores, secundum naturam Maioratus, sive sint patres, sive
 filii familias (quamvis tunc patres usumfructum habeant. §. 1. l. per
 quas person. cniq. acquir.) etiam posthumi, Forster. *de success. lib. 4. c. 23.*
 exheredati. vide Betsl. *de pact. famil. illustr. cap. 8. p. 347.* emancipati,
 l. 114. §. 16. *de leg. 1. l. 69. § ult. de leg. 2.* Adde Osterman. *in rationali*
ad §. 3. Inst. de legit. agnat. tut. Ad id autem quod dixi, seniores &
 maiores succedere, observandum; istud indistinctè verum esse, licet
 quis natus sit ante obtentū ab ultimo possessore maioratum. Justin.
 lib. 2. allegat. à Tiraquell. *quest. 31. num. 27.* Treutler. *volum. 1. dispu-*
tat. 19. thes. fin. lit. a. & ibid. Bachov. vid. in Regnis distinguentem
 Franciscum Cardin. *Manticam de Tacit. & ambig. convent. lib. 23.*
 t. 27. num. 29. jungatur Besold. *de reg. success. p. 105.* & Daniel Otto
Iur. publ. p. m. 180. Betsl. *de pact. famil. illustr. cap. 1. p. 468.* Sed
 quid si duo gemini nascuntur, ut Esau & Jacob? tunc ille qui pri-
 mo loco nascitur, etiam per momentum, censetur primogeni-
 tus, esto, alter prius fuisset conceptus (quod tamen certâ aliquâ
 conjectura deprehendi posse difficillimum, ait Tiraquell. *de Iur.*
primogenit. quest. 1. num. 9. in fin.) aut manum extraxisset, ut Genes.
 38. vers. 28. Punctum enim plenæ ac perfectæ nativitatis hîc specta-
 tur, non verò conceptionis. vid. Molin. *de Maioratu. disp. 629. lit. f.*
 Tiraq. *de Iur. primogen. quest. 1. num. 8. & 9.* Et quamvis ordo nascen-
 tium incertus nunquam sit, neque enim natura permisit, simul uno
 impetu, duos infantes, de utero matris, excedere secundum Ictum
in l. 15. ff. de Statu hom. Si tamen non constet, quis geminorum ante
 alterum natus sit, fortè quia id notatum non est, aut aliquâ aliâ cau-
 sâ, tunc, siquidem alter mas, altera fœmina dubium non est, quin
 masculus præferatur, per dicenda *in th. subseq. 14.* & quoniam in du-
 bio, masculus censetur prius natus, eò quod id favorabilius sit. *arg.*
l. si fuerit 10. §. 1. ff. de reb. dub. Sed si ambo mares, quid tùm facien-
 dum? De hoc mirificè digladiantur inter se Doctores, duodecim
 opiniones recenset, bis quindecim liberorum & librorum parens
 (ut eum nominat. Osterman. *in rational. ad tit. Inst. de fideicommiss.*
hered.) Tiraquell. *d. tract. quest. 17. p. m. 128.* qui has singulas pensi-
 culatim & exactè excutit & ponderat, cui addè Molin. *de Maioratu*
disp

disp. 621. Hieronym. de Cavallos opinion. commun. contra commun. citante eum Besold. lib. 2. de success. Reg. dissert. 4. num. 16. Cardinal. Mantic. de tacit. & ambig. convent. tom. ult. lib. 23. tit. 27. num. 24. Laurent. Beierlinck. magn. theatr. vit. hum. lit. P. pag. 598. Ferdinand. Vasq. illustr. controvers. lib. 2. cap. 90. num. 11. Bodin. de Repub. lib. 6. cap. 5. pag. m. 1140.

14. Sunt tamen quaedam personæ, quæ licet aliàs ex Testamento & inter vivos capere possint, singulari ratione à maioratibus excluduntur, è quorum numero præcipuè I. liberi naturales, arg. 2. F. 26. vers. naturales. Quia enim isti non sunt de legitimo matrimonio, non conservant neque sequuntur familiam patris, cap. fin. cap. 32. quest. 4. Ergo nec ipsos debet sequi familia, id est, hæreditas patris; Secundò cum naturales magis funestent quàm ornent familiam, justis autem liberi eam conservent, videntur hereditates & divitiæ potius ad hos, quàm illos, deferendæ, ne iis diminutis diminuatur & honos familiæ, sunt verba Clarissimi Ingolstadtensis Jcti Mantzii, Præceptoris quondam mei honoratissimi, in Epit. success. ab intest. Dissert. 1. num. 94. Limitatur autem hoc, quod liberos naturales non succedere dixi, in iis, qui per subsequens matrimonium fuerunt legitimati, tunc enim quia Jura legitimè natorum habent, etiam in maioratibus succedent. Vide Ferdin. Vasq. illustr. controvers. lib. 5. cap. 4. supra laudat. Dn. Ludvvell. Disput. ad Instit. 10. thes. 21 lit. C. Dn. Mantz. dict. loc. p. 42. num. 15. Forster. de success. lib. 6. cap. 29. num. 11. 12. quod tamen secus est in legitimatis tantum rescripto Principis, si ista legitimatio in præjudicium agnatorum qui jus jam radicatum habent, tendat. Princeps enim nemini jus suum jam quæsitum, sine legitima causa auferre potest. l. quoties 2. & l. rescripta 7. C. de precib. Imp. offerend. per authores & Dd. apud Matth. Wesenbecium part. 1. cons. 41. num. 124. Multò minus verò spurii, adulterini, vel ex damnato coitu nati admittuntur, cum nec hi de agnatione & familia sint. II. Adoptivi à persona extranea, ob eandem causam, propter quam spurios exclusimus, & arg. 2. F. 26. vers. adoptivus. Vide Mantz. d. tract. dissert. 2. quest. 2. num. 25. p. 41. III. Filii uniti per unionem prolium, ut & ex fœminâ ad Morgenaticam ductâ nati. 2. F. 29. Besoldus de reg. success. cap. 1. dissert. 9. num. 10. IV. Non succedunt fœminæ. Ratio, quia maioratus ad familiæ conservationem sunt instituti, uti multis supra deductum: Familiæ verò nomen cum fœmina interit, cum mulier

Quibus
Maioratus
non consti-
tuatur.

familiae suae sit caput & finis. l. pronuntiatio 195. §. ult. ff. de V. S. Mantic. de coniect. ult. volunt. lib. 8. tit. 11. num. 9. Hinc Paulus Castrensis & alii Dd. concludunt: Masculo & foemina concurrentibus in eodem gradu. etiamsi foemina maior natu sit, reputari ac si esset ulterioris gradu ad successionem in Maioratu. Vide Ernest. Cothman. vol. 5. resp. 13. num. 75. Gothofr. Ant. Disput. Feud. VI. th. 6. lit. b. Ampliatur hoc, quod diximus, foeminas non succedere à Dd. ut nec descendentes ex eâ, Maioratus capaces sint, licet masculi. Forster. de success. lib. 3. cap. 17. col. 5. Marpurgenf. i. cons. 17. num. 92. & cons. 23. num. 8. & 2. cons. 26. num. 15. Tiraquell. de primog. quaest. 12. Besold. de success. Reg. lib. 1. dissert. 12. num. 1. Plures vide apud Dan. Otton. iur.

An masculis non existentibus foeminae in maioratibus admittantur. pub. cap. 17. An autem si masculi nulli supersint, tunc demum foeminae admittantur, quaestio est nodosa ac intricata? Affirmativam jam olim defendit in Disp. pro Doctoris honoribus, supra laudatus Vir Philippus Knipschild d. disp. de fideicommiss. famil. thes. 10. lit. b. vers. quod si tamen &c. eamque approbavit Consultus Ernest. Cothman. vol. 5. resp. 20. num. 131. vers. Mors stemmatis masculi famineo sexui viri a est. Gail. 2. obs. 148. num. 6. Negativa tamen meo iudicio veritati Theoreticae propior est. Nam eo ipso quando Testator remotiores transversales prae tulit proximioribus ex fratre filiabus, uti fit in maioratibus, eo ipso easdem planè exclusas voluisse videtur. Et secundò cum fideicommissa, utpote quae liberam testandi facultatem impediunt, sint odiosa. Vid. Ant. Thesaur. Decis. Pedem. 248. num. 8. & heredes dicantur onerare & gravari. Intrigliol. de substit. cent. 3. quaest. 75. Peregrin. artic. 2. num. 23. Mantic. de coniect. ult. vol. lib. 7. tit. 1. per tot. meritò restringenda sunt, (elegantè ipse Cothm. respons. iur. 80. num. 11. ibi: ea interpretatio arripienda, quae ad fideicommissa evertenda & tollenda sunt directa) ne in infinitum haec substitutiones durent, praesertim cum favor conservandae familiae, quando foeminae succedere incipiunt, expiret. Forster. de success. lib. 3. cap. 14. num. 3. Adde Gail. lib. 2. observat. 148. cum aliis ibid. relatis. Utrum amens succedere possit in Maioratu, an, & quando surdus, mutus, caecus. Vide Molin. de Maioratu disp. 621. 622. Forst. de success. lib. 4. cap. 23. quaest. 3. num. 66. & Gothofred. Anton. Disput. Feud. VI. thes. 10. lit. e. in fin.

Quomodo fiat in Maioratu successio, & 15- Ad id, quod de personis, succedere in Maioratu valentibus dixi, animadvertendum. Successionem fieri debere gradatim, ita ut senior, semper excludat juniorem, licet eodem gradu sit, si tamen

men maioratus semel unam lineam est ingressus, semper in eâ & de- circa eam
scendentibus ex eâ, conservatur, ac donec aliqui ex eis, quantum vis tres illu-
juniores existunt, nunquam fit transitus ad seniores in alia linea, sive stres & dif-
ut Molin. lib. 3. de Hispan. primogen. cap. 6. num. 29. & 30. Quod in- sicillima
cluso primogenito (neque enim ullam hîc inter Maioratum & Pri- quæstiones
mogenituram differentiam esse, ex Ant. Gometz. & Melch. Paleatz.
docet Nicol. Reusner. vol. 3. conf. 8. n. 6.) censeantur inclusi omnes
ab eo descendentes. adde Bets. d. cap. 4. p. 457. de pact. famil. illustr.
Hinc rectè deciditur à Dd. quod patruo præferatur in Maioratu ^{1. An Ne-}
Nepos, quia naturâ pater & filius una penè esse persona, intelligitur. ^{pos præfe-}
^{rendus sit}
^{patruo.}
35. quæst. 3. Consultiss. Dn. Ludvvell. Disp. in Instit. lib. disp. 10. thes. 1.
lit. k. & nepos in locum filii succedit. l. 7. ff. de coll. bon. per jus repræ-
sentationis, Nov. 118. c. 1. de quo vide Magnificum Dn. Taborem J.C.
Nobiliss. Promotorem & Doctorem meum colendiss. Jurispr. Ele-
mentar. part. 3. sect. 2. thes. 20. Accedit, quod in successione Electo-
rum expressè hoc ita statutum sit, in Aurea Bulla cap. 7. ibi: illo vero
non existente ad eiusdem primogeniti primogenitum. Ut ita non im-
meritò decisionem eandè, ad alios Germaniæ Principatus & dignitates
extendamus, juxta l. 12. & 13. ff. de LL. ex Treutler. vol. 1. disp. 19. thes. 4.
lit. a. Besold. de success. Reg. & arg. c. licet de voto. c. grande de supplend.
negligent. Pralat. in 6. Adde autores allegatos à Dan. Ottone Jur.
pub. pag. m. 577. & 582. & Tiraquell. de iure primog. quæst. 40. Fran-
cisc. Card. Mantic. de tacit. & ambig. convent. lib. 23. tit. 30. per tot.
Ant. Peregrin. de fideicommiss. artic. 21. num. 23. & causam Nepotis
semper fuisse potiolem, quàm patruum apud omnes ferè Nationes, ex
Molinâ refert alter Molina de Maioratu Disp. 625. hancq; sententiam
rectiorem, veriore & crebriorem esse multis ostendit. Ernest. Coth-
man. vol. 2. resp. Jur. 14. num. 59. Adde Card. Tusc. vol. 3. pract. conclus.
num. 246. lit. F. Mich. Grass. sent. lib. 5. fideicommissum. quæst. 17. num. 7.
Reusner. vol. 3. conf. 8. Ob maximam verò Dd. circa hanc quæstionem
discordiam Alvar. Valascus J. C. Lusitanus tr. de iure Emphyteut.
quæst. 50. n. 28. scripsit: Tantam dissensionem esse in hac quæstione,
ut utrinque referantur communes opiniones, & non solum Dd.
cum aliis pugnent, sed & ipsi secum, & vix possit securè dici, quæ
opinio sit receptior. Simon de Prætis lib. 3. dub. 3. de coniect. ult. vol.
ingenuè fatetur, se in hac quæstione potius discere quàm docere
velle, Bald. ad l. 11. Cod. de iure deliberandi dicit propter repugnantes
Dd. opi-

Dd. opiniones ad probabilem Principis interpretationem recurrendum esse, & subjicit: solvat Apollo, ac *in consil.* 275. *lib.* 3. ait: hanc quaestionem ingenii potius qualitate consistere, quam quod verè possit determinari: referente Franc. Card. Mant. *de tacit. & ambig. convent. d. lib.* 23. *t.* 28. *u.* 4. Melch. Paleatz. *part.* 2. *quest.* 8. *de Maiorat. gladio istam dirimendam censuit, quod in Hispania aliquando factum esse, testatur Johan. Garcia ipse Hispanus, in tr. de Expens. & Meliorat. cap.* 16. *num.* 25. *pag.* m. 313.

Quaestio se-
cunda.

16. Nec minoris difficultatis controversia est: An vivente possessore Maioratus ille, qui post eius mortem successionem prætendit, possit intentare actionem, ut declaretur verus post mortem illius successor? Hanc in utramque partem à prudentibus Jctis arbitrata esse, asserit Molin. *lib.* 3. *de primog. cap.* 14. ita ut contraria de ea in Hispania extent praëjudicia. Et quamvis non temerè hinc aliquid pronuntiandum sit, potius tamen in negativam inclinarem sententiam, propter *l. non quemadmodum* 35. *ff. de iudiciis. l. Antei* 14. *ff. de aq. & aq. pluv. arcend. l. litigatores* 11. *§. idem dicit* 5. *ff. de recept. arbitr. l. si ita scriptum* 45. *§. 1. ff. de legat. 2.* vide Covarruv. *tomo* 2. *lib.* 1. *var. resolut.* 18. *in fin.*

Tertia.
An in ma-
ioratu pro-
ximitas
instituen-
tis, an ve-
rò ultimi
possessoris
respiciatur.

Excipit hanc quoque quaestionem alia anceps, maximique momenti, in qua iterum Dd. miserè se fatigant & torquent, An nimirum proximitas, quæ in Maioratus venit attendenda, respectu instituentis Maioratum, an verò fideicommissarii seu ultimi possessoris sit intelligenda, si scilicet descendentes ultimi possessoris non supersint? Ultimatum, quod scilicet proximitas fideicommissarii attendatur, licet alii sint proximiores instituenti, verius, meâ sententiâ, quamvis me non fugiat hinc quoque contrarium defendisse in supr. laud. Disp. Inaug. Consultiss. Vir. Dn. Knipschild *de fideicommiss. famil. thes.* 4. *lit. c.* Ita quoque Alciat. nobiscum sentientes, milites levis armaturæ esse dixit, teste Peregr. *tr. de fideicom. loc. cit. infr.* Titaquell. *in tr. de utroque, netractu.* non audebat certam sententiam in hac opinione eligere, ut scribit Covarruv. *tom.* 2. *pract. quest. cap.* 38. Sunt, qui conciliare has opiniones laborant, ut Grass. *sentent. lib.* 5. *fideicommissum quest.* 18. *per tot.* Quid verè de huius & aliorum Dd. conatu sentiendum, vide Nicol. Intrigliol. *de substitut. cent.* 3. *quest.* 78. *num.* 15. cui junge Anton. Peregrin. *de fideicom. art.* 20. *n.* 1. & 1. Ernest. Cothm. *vol.* 4. *resp. lur.* XII. *n.* 296. *p.* 423. Fr. Milanens. *Decis. Siciliens.* *vol.* 1. *decis.* 8. *n.* 203.

CAP.

CAP. III.

Complectitur Materiam objectivam & causam Formalem.

17. Post materiam subjectivam agendum nunc de Objectiva, *Objectum*, ubi consideranda, Objecti tum Qualitas, tum Quantitas. Quoad *eiusq. qualitas & quantitas.* qualitatem, notari debet in genere, cum Maioratus, ut & fideicommissa familiae, regulariter sint perpetua, facile liquet, sola immobilia bona, cuique propria, aut quae cum mobilibus computantur, idonea simpliciter esse. Vide Molin. *de Maioratu. disp. 606.* Gothofred. Anton. *Disput. Feudal. 3. thes. 9.* Circa quantitatem objecti tenendum, eam in libera planè instituentium voluntate consistere; instituuntur verò Maioratus plerumque, vel in universa hereditate, vel in magna eius parte, veluti ut maior duos trientes hereditatis, aut similem portionem in hereditate consequatur, reliqui verò fratres unum aut quid simile & proportionabile, vel Jure præcipui, ita ut maior Jure Maioratus, arces, oppida, pagos, prædia, vel unum vel plura, ex universa hereditate, sibi retineat, in reliquis verò æqualem (quod in Gallia observari testatur Tiraquell. *de Jur. primogen. quest. 7. in fin.*) cum fratribus suis aut aliis agnatis, unà hereditatem adituris, divisionem patiatur. Betl. *de pact. fam. illust. c. 8.* Springsfeld. *de Apanag. cap. 10. n. 1.* Gail. 2. *obs. 153.*

18. Pertractavi causarum internarum primam, succedit altera, *Forma.* Forma scilicet, & quia *in princ. cap. 2.* eos Maioratus instituere dixi, quibus testamentum facere & contrahere non est interdictum, consequens est Maioratus, ut & alia fideicommissa familiae constitui, pro arbitrio instituentis, tam ultimâ voluntate, ut Testamento & Codicillis, vid. Osterman. *in rational. ad §. 1. Inst. de fideicommiss. hered.* quàm inter vivos, ut contractu, quod sæpe fieri solet, maximè inter Nobiles & in frequenti usu apud Gallos esse, ex Guidone, Decio, Chassaneo refert Alvar. Valascus *de Jur. Emphyteut. quest. 50. n. 44.* jungatur Dan. Otto. *Jur. publ. cap. 27. circa fin.* vid. Dauth. *de Testament. p. 79.* Quamvis enim fideicommissorum institutio, auctore *An contractu constituantur Maioratus?* Cæsare Augusto ex causa testati originem sumpserit; uti legitur *pr. Inst. de fideicommiss. hered.* & constitutum sit, cuicumque ultimâ voluntate honorato, per fideicommissum substitui posse. *l. ut heredibus §. 1. in princ. ff. de legat. 2. & l. unic. §. sin autem sub conditione 7. C. de caduc. tollend.* Attamen etiam per contractum inter vivos posse
C substiti-

substitui de uno in alium, nedum per modum vulgaris, in casum voluntatis, aut impotentiae primi, sed etiam per modum fideicommissariae, post habitionem primi, (ut loquitur Peregrinus *de fideicommiss. art. 51.*) jure decisum legitur *in l. quoties 3. & in l. si rerum 2. C. de donat. quae sub mod. & quemadmodum legem rebus suis quis dicere potest, quam vult, testando, Novell. 22. cap. 2. l. 120. ff. de V. S. ita etiam contrahendo, l. 1. C. de pact. convent. tam supr. dot. & c. arg. l. 21. C. mandati.* tùm quia ab ultimis voluntatibus ad contractus valet argumentum, Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib. 2. tit. 15. in princ.* Everhard. *in Top. à contr. ad ultim. volunt.* & hanc opinionem communem esse testantur Dd. adducti à Nicolao Intrigliol. *de subst.*

*Differen-
tia, an ul-
tima vo-
luntate, an
contractu
alienatio
prohibea-
tur.*

cent. 3. quest. 89. n. 1. Hoc tamen discrimine, ut priori casu, quando ultimam voluntate Maioratus constitutus est, atque alienationis prohibitio facta, si quae contra eam fiat, ipso jure nulla sit, neque Dominum transferat, *l. 69. §. 3. l. cum patre 77. §. libertis 27. l. penult. §. instituti 15. ff. de legat. 2. l. fin. C. de reb. alien. & c. Gail. 2. observ. 16. n. 7. & ibid. Dd. alleg.* Posteriori verò, si pacto tantum prohibitio non alienandi inducta, ea non impediatur translationem, alienans tamen contra prohibitionem, teneatur ad interesse; juxta *l. 135. §. 3. ff. de V. O. Perez. ad tit. Cod. de reb. alien non alienand. & in tit. Cod. de condict. ob caus. num. 4. in fin.* Adde Peregrin. *de fideicommiss. art. 51. num. 70.* Hisce verò modis adjiciuntur certae nonnunquam conditiones, familiarum utilitatem concernentes, quae si honestae sint, omnino impleri debent, neque à Maioratus possessore ullo modo possunt mutari, elegans est text. *in l. cum filiusfam. 28. ff. de milit. testam. ibi: quia hereditati quidem suae miles quam vellet, substitutionem facere potest, veruntamen alienum jus tollere non potest.* Junge Barbof. *locuplet. lib. 3. cap. 43.* Sin verò inhonestae & impossibiles, tunc secundum tritam distinctionem, respiciendum, an in contractibus eadem fuerint adjectae, quo casu vitiant, an verò ultimis voluntatibus appositae, & tunc ipsae conditiones vitiantur, ac nullius momenti sunt, quod additâ ratione, Jctus asserit, *in l. 31. ff. de O. & A.* Junge his ea, quae *in thes. 10.* dicta sunt.

*Quae in spe-
cie in Ma-
ioratus cõ-
stitutione
observan-
da.*

19 Ut autem jure dicatur facta, Maioratus constitutio requiritur. Primò ut fiat cum justae causae expressione, *l. 114. de leg. 1. l. 38. §. 4. l. 92. in princ. de leg. 3. l. 77. §. 14. de leg. 2. ne facile rerum commercia impediuntur, Anton. Gometz. ad l. Tauri 40. num. 38. citante eum Perez. tit. Cod. de reb. alien. non alienand. num. 7.* Secundò ut legitima libe,

ma liberis non auferatur, per supra dicta in thes. 6. constituto verò maioratu, uti in fideicommissio familiae, ita nec hîc eius possessor, fororibus vel fratribus, in id non succedentibus, legitimam dare cogitur, vid. infr. thes. 24. Non tamen Trebellianica detrahitur, nam cum in Maioratus constitutione regulariter instituens, bona sua seniori relinquat, eâ conditione, ut semper illibata & integra in familia apud succedentes permaneant, ac ita perpetuò seruentur, consequenter omnem Trebellianicæ quartæ detractioñe prohibet, quia & per eam extra familiam bona alienantur, nec integra manent, Vincent. Hondedæus vol. 2. part. 4. consult. 45. num. 2. in rat. dubit. Cravett. cons. 74. num. 162. Mantica de coniectur ultim. volunt. lib. 7. tit. 12. num. 12. vult, etsi dubia esset hæc opinio, tamen pronuntian- dum potius, contra Trebellianicæ detractationem. Est enim, in- quit, odiosa hæc tractatio, quia fit contra voluntatem Testatoris, & ob id in dubio est evitanda. Videatur Bets. in tr. de pact. famil. illustr. cap. 8. p. m. 447. & seqq. Argentoratenses 1. cons. 94. n. 18. Imò quod in fideicommissis ad familiae conservationem tendentibus, atque omnem alienationem respicientibus, Trebellianica locum non ha- beat, nec eo nomine, gravatus in præjudicium vocatorum, quibus bona illa Maioratus, ex dispositione instituentis obstricta, quic- quam detrahere possit, textus est manifestissimus ac in terminis, in l. 54. ff. ad l. Falcid. Novell. 119. cap. ult. & inde desumpta Authent. Sed & in ea re. C. ad Leg. Falcid. consentit Molin. de Maioratu disp. 645. in princ. Crass. in §. Trebellianica. quest. 3. num. 6. & in artic. officium Iudicis. q. 23. num. 3. Mantica præter supra alleg. loc. etiam in lib. 7. tit. II. n. 4. & 34. alique autores citati apud Nic. Intrigliol. de subst. cent. 3. q. 71. n. 18. 51. & seqq. & n. 79.

CAP. IV.

Quod Effectum proponit.

20. Recto ordine nunc subjicitur tractatio de Effectibus, quorum præcipuus respectu possessoris est, quod ipsi in bonis Maio- ratus dominium acquiratur, atque possessore aliquo defuncto, ipso Jure statim in sequentem transferatur, (utiliter hîc legi potest Vir Consultiss. & Excellentiss. Dn. D. Biccus, Patronus ac Præceptor meus ætatem devenerandus in Comment. ad l. possiderit 3. §. 5. de acq. vel amitt. possess. part. poster. membr. 1. quest. 3. thes. 6.) cuius domini

Effectus & ad quid te- neatur Ma- ioratus possessor.

intuitu, præter actiones, quæ ipsi competunt, de quibus infra *th. 27.* fructus quoque lucratur, de his fusè *Molin. de Maior. Disput. 645. num. 3.* *Johan. Garf. tr. de expens. & meliorat. cap. 16. & 17.* Cùm autem ferè semper commodum & incommodum æqualiter determinetur, *l. 10. ff. de Reg. Jur. l. 49. ad. Leg. Falcid. l. 23. ff. ad SC. Trebell.* hinc fit, ut possessores ad onera sustinenda obligentur. Et i. quidem ad cautionem præstandam de non imminuendis bonis maioratus subjectis, facit text. in *l. 69. §. prædium. ff. de legat. 2. l. inter omnes. 12. ff. qui satisfdar. cog. Anton. Peregrin. de fideicommiss. artic. 40. num. 10. & II. Betf. de pact. famil. illustr. cap. 8. pag. mihi 486. in princ. Molin. dict. tract. Disput. 655.* nisi testator hanc satisfactionem remiserit, tunc enim non tenetur. *l. 2. l. penult. Cod. ut in possess. legat. l. pactum 46. ff. de pact. Carpzovius part. 3. Definit. Forens. Constitut. 8. defn. 38.* Qualis autem hæc esse debeat cautio, consule dict. *Molin. de Maioratu. Disp. 619. num. 6.* Secundo tenetur Maioratus possessor ad lites suscipiendas, quæ ratione bonorum maioratus subjectorum emergunt ac proveniunt. Vide nihilominus distinguentem *Joh. Garf. d. tr. de Expens. & melior. cap. 16. num. 36.*

An sententia adversus Maioratus possessorem lata noceat successoribus in eodem Maioratu.

21. Quâ occasione quæri potest: An sententia adversus Maioratus possessorem circa res maioratus lata, præjudicet cæteris, qui ad eum Maioratum postea vocantur, an verò iterum intentare litem successores possint? Et veriore existimo illorum sententiam, qui ad litem iterum, & de novo ex hac ipsa causa movendam, successores non admittunt, licet vocati non fuerint, aut certiores effecti, per *l. 1. §. quamvis 12. vers. Denunciari. ff. de ventr. inspic.* dummodo Maioratus possessor litem diligenter & sine dolo aut negligentia prosequutus fuerit. Et tertio generaliter Maioratus possessor bona facta tectaque conservare debet; Sin verò culpa latâ & levi (levissimam enim non præstabit, ut nec ullus alius fideicommissarius, sic nec casum fortuitum, sed istud damnum est ipsius fideicommissi, *argum. l. 58. & 59. ff. de legat. 1. legatur Garf. d. tract. de Expens. & Meliorat. cap. 16. num. 40. Grass. lib. 2. sentent. §. officium heredis. quest. 18. num. 6.*) quid admissum sit, istud refarcire cogitur. *l. 91. ff. de verbor. obligat. Molin. de Maioratu. Disp. 646.*

De Inventarii confectione re. missæ.

numer. 4. An Maioratus possessor inventarium facere cogatur, tractat *Dn. Carpzovius Definit. Forens. part. 3. constitut. 8. defn. 38. Grass. d. loc. num. 5.*

22. Econ-

22. Econtra si impensas in Res majoratus fecerit, siquidem ^{De impen-} ^{sis quas} ^{majoratus} ^{possessor} ^{fecit.} ea ad perpetuam rei utilitatem pertineant, e. g. si villam extruxerit, vel domum, eas heres ipsius licite repetit. *l. domos* § 8. ff. de legat. 1. l. 22. §. 3. ff. ad SC. Trebell. arg. 2. F. 28. §. si Vasallus. & late de hoc Anton. Gothofred. *disput. Feudal.* 12. thes. 7. lit. g. dissentit Johan. Garf. *d. tract. de Expens. & melior. cap. XII. num. final.* Sin vero exiguae sint. arg. *l. omnino* 12. ff. de impens. in reb. dotal. fact. aut fructuum colligendorum gratia facta, non deducuntur. arg. *l. 7. §. sin.* & ibi: *Zaf. num. 7. ff. solut. matrim.* Gothofr. Anton. *d. loc. lit. h.* ubi late, quibus actionibus impensae repetantur. An autem fructus ultimi anni, successor in Majoratu, pro se solum integras retinere, an vero cum successoribus in bonis praedecessoris dividere necesse habeat. vid. Johan. Garf. *d. tract. de Expensat. & melior. cap. 16. num. 6.* Molin. *de Maiorat. disp. 635.* Non vero quicquam Majoratus possessor agere potest, quod in praedictum fideicommissarii succedentis, aut ad alienationem rerum, quae in fideicommissis sunt, tendit. text. express. in *l. 69. §. praedium* 1. ff. de leg. 2. Argentorat. *1. consil. 94. num. 1.* Gail. 2. O. 137. num. 1. & 2. sive alienationis prohibita a primo instituyente expressa sit, ut plerumque fieri consuevit, quaeque tunc sancte servanda est. *Novell. 22. cap. 2.* sive non; eo enim ipso quo instituens bona in familia conservare voluit, alienationem prohibuisse censendus est. Melchior Paleatz. 2. *in tractat. de Maioratu, part. 4. quest. 1. num. 2.* citatus a Vincentio Hondedæo *volum. 2. part. 4. Consult. 45. num. 2.* Bets. *de pact. famil. illustr. cap. 8. pag. m. 478.*

23. Sunt tamen nonnulli casus, quibus alienatio etiam ipso-^{Quibus} ^{casibus re-} ^{rum Major-} ^{ratus per-} ^{missa alie-} ^{natio.} rum bonorum Majoratus (si scilicet alia bona libera, vel fructus, non sint ex quibus solvi possit: vid. Molin. *de Major. disput. 648.* Francisc. Milanens. *decis. Siciliens. lib. 1. decis. 7. num. 57.*) sustinetur, ac valida est, in quibus explicandis, ob summas difficultates, & fere quotidianam circa eos Disputationem, occupatior non nihil ero, difficilis enim materia longiorem exigit disputationem. *cap. ventum est. 1. quest. 1.* Primus est. Si ex causa studiorum alienatio facta sit. Pro eo enim, qui literis incumbit, ut aliquando Ecclesiae, Patriae, Reipublicae & familiae suae inserviat, major, & quidem specialis favor, atque utilitas publica, militat; Deinde per illa ipsa totius familiae decus, gloria, amplitudo, & incrementum quaeritur ac promovetur. Et cum studiis totus illuminetur orbis, atque

atque sine his, nec Ecclesia conservari, nec ulla Respublica gubernari possit, (sunt verba Richteri, licet de alio casu loquentis, ad *Authent. Habita. C. ne fil. pro patre. disput. 5. p. m. 75.*) rectè ea quæ communiter omnibus profunt, his quæ specialiter quibusdam utilia sunt, præponere debemus. *Auth. Res quæ subjacent. C. commun. de legat. & fideicommiss.* Dissentiunt Angel. & Dd. communiter omnes, fatente Rittershus. *in Nov. part. 6. c. 11. p. 362.* ipso quoque *Peregrin. de fideicommiss. art. 42. n. 93.*

2. 24. Secundus casus, ob quem alienatio permittitur, est, si ob dotem fiat. vid. *Garf. de Expens. & meliorat. cap. 16. num. 47.* *Craff. §. officium Iudicis. quest. 23. num. 6. & 7.* Cujus favore plurima contra Juris communis Regulas sunt constituta. Huic in *Authent. Res quæ. C. commun. de leg.* conjungitur: Donatio propter Nuptias (quæ licet aliàs non æquè favorabilis sit, ut causa dotis, (quod patet ex *l. 45. princ. ff. de tur. dot. l. ult. C. ad SC. Velleian.* in quibus mulieri, dotis, nomine intercedenti, adimitur ac denegatur S^Cti Vellejani auxilium, istud autem ad donationem propter Nuptias trahere velle, & eo quoq; casu Mulieri exceptionem denegare, plùs quam absurdum esset, cum nullo Juris textu id demonstrari possit) ubi tamen de utrâque, textus sunt expressi, meritò de singulis idem est Judicium. vid. *Francisc. Milanens. lib. 1. decis. Siciliens. 7. num. 38. 39.* Istud verò magnopere displicet, quod *Bartol. Bald. Angel. Jason. & Dd.* communiter apud *Tiraquell.* ejusdem sectæ & erroris patronum, *de primogenit. quest. 62. Molin. de Maiorat. disp. 616.* opinantur, fratrem cogi ad dotandam sororem consanguineam, quod tamen nullo Juris texru probare nec evincere unquam potuerunt. Ego autem, quia sine lege loqui, erubesco, meritò ab iis recessi. *l. 19. C. de collat. l. 5. C. de repud.* (ad quod axioma, erubescimus sine lege loqui; obiter notandum, Dd. otiosè & erroneè allegare *Novell. 18. cap. 5.* ut videre est apud *Barbos. Locuplet. axiom. libro 5. capite 17.* cum longè aliud *in dict. capit.* Imperator per hæc verba indicet.) Sed quid dicendum, si instituens Majoratum, expressè prohibuerit in Testamento, ne dotis causâ vel donationis propter Nuptias, quid ex bonis alienetur? habebit ne tunc. *d. Authent. Res quæ. C. commun. de legat.* locum? De hoc iterum dissentientes sunt Dd. opiniones. Affirmativam tanquam favorabilem cum *Castrensi & Socino* tenet *Rittershus. in Novell. part. 6. cap. 11. num. 2.* Verior tamen meo Judicio est Negativa, per authores à dicto *Ritters-*

Donatio propter nuptias, an æquè favorabilis ut dotis causa?

An frater cogatur dotare sororem?

Auth. Res quæ in habeat locum, contra voluntatem Testatoris?

Rittershus. reprehensos, quibus adde Covarruv. *var. resolut. lib. 3. cap. 6. tom. 2. num. 10. vers. caterum.* Tiraquell. *de iure primogenit. quæst. 61. num. 78.* Franciscum Milanens. *lib. 1. decisio. Siciliens. 7. num. 40. 41.*

25. Sustinetur quoque alienatio rerum restitutioni subje-
ctarum, quando fit ob necessitatem famis imminentem, & sic pro-
pter alimenta. vid. Gail. *d. O. 137. lib. 2.* Imò generalis est omnium
Dd. conclusio, ut in prohibitione alienationis, quævis alia necessa-
ria non contineatur. *l. 69. §. pratium 1. ff. de legat. 2. l. 53. princ. ff. de
hered. petit. l. cum fidei 9. ff. de fideicommiss. hered. ibi: ubi alienatio
non est voluntaria, sed necessitas alienandi ex causâ Testatoris pendet.*
Betf. *de pact. famil. illustr. p. 482. d. cap. 4.* & autores plurimos al-
legatos ab Argentoratens. *1. Consil. 91. num. 61.* Ferdin. Vasquius
quæst. illustr. lib. 7. cap. 90. num. 12. Hinc Majoratus possessor validè
obligat bona Majoratus, pro debitis, factis, ad necessariam illo-
rum conservationem, aut ad longè majus commodum, atque ad
ea solvenda tenentur successores, ex bonis etiam Majoratus, uti
probat Molina *de Maiorat. disput. 64. num. 4.* secus verò foret, si
debita pro libitu Possessoris, fuissent contracta, tunc enim ad illo-
rum solutionem successor cogi non posset. Socin. *jun. consil. 20.
col. fin. pr. Decian. cons. 55. num. 58.* & alii Dd. laudati, ap. Peregrin.
de fideicommiss. art. 40. n. 32.

26. Minus dubii est si alienatio fiat, ob funeris impensam, de
qua vide Anton. Peregrin. *d. tract. de fideicommiss. artic. 40. num. 19.*
Carpzov. *part. 3. definit. Forens. Cons. 8. defin. 34. num. 32.* Æs alie-
num à defuncto institutore majoratus, conflatum. Barbof. *Locu-
plet. lib. 1. cap. 52. ax. 1. per textum clarum in l. 38. princ. ff. de legat.
3. l. 9. ff. de fideicommissar. libert. ibi: potuit defunctus videri nihil sen-
sisse de huiusmodi causa alienandi.* Nec enim quis potest in fraudem
creditorum legem suis rebus imponere, facit. *l. 114. §. 15. in f. ff. de
legat. 1.* Effet enim aliàs hoc remedium malis debitoribus exopta-
tissimū consequendæ libertatis ab ære alieno. Sunt tamen circa hanc
solutionem distinctiones quædam attendendæ, de quibus remitto
ad Garf. *d. tractat. de Expens. & melior. cap. 16. num. 8.* Quatenus
verò ob æsalienum heredis valeat alienatio rei fideicommissio sub-
jectæ. Dn. Carpzovius *in definit. Forens. part. 3. constitut. 8. def. 35.
3.* Ob timorem ne quid pereat quo casu ejusmodi bona vendere,
Majoratus possessori non tantum est permissum, sed ad id etiam
cogitur

De neces-
sariâ a-
lienatio-
ne.

Quando,
& ob cu-
jus æs alie-
nū, rerum
majoratus
fiat alie-
natio.

cogitur, ne culpæ reus fiat. Anton. Peregrin. *de fideicommiss. d. artic. 10. n. 37.* Carpzov. *d. loc. def. 32. num. 4.* Gail. 2. O. 137. *num. 12.* Ita tamen, ut pecunia ex hisce bonis redacta, iterum in utilitatem fideicommissarii heredis convertatur. *l. 5. ff. de hered. per. l. 22. §. 3. ff. ad SC. Trebell. Mantic. de coniect. ultim. volunt. lib. 7. tit. 8. num. 27.* & alii allegati à Betfio *cap. 8. pag. 489.* Carpzov. *d. loc.* quod cum fit, ut fieri necesse est, fideicommissarius, sive successor, non tantum non læditur, sed juvatur cum res magis utilis, in locum rei sterilis substituatur. Jam autem Dd. communiter docent, quod ubi persona cujus favore facta fuit prohibitio non alienandi, non læditur, alienatio non videatur contra prohibitionem facta, apud Carpzovium *dicto loco.* Debet verò utilitas esse evidens, ne quod majoris utilitatis gratiâ, & in successorum favorem concessum est, in eorundem detrimentum ac damnum convertatur. vide Carpzov. *definit. Forens. part. 3. constitut. 8. def. 33. per tot.* Hisce tamen casibus omnibus, Judicis decretum, pro alienationis validitate de rebus fideicommissariis in satisfactionem creditorum, necessarium non est, ad exemplum minorum; quia textus decreti interpositionem non requirunt. Peregrin. *d. art. 40. num. 23.* quamvis istud interpretari utilissimum sit, ut ostendit Carpzov. *d. loc. def. 36.* Res verò semel alienabilis, hoc modo facta, perpetuò talis est, & manet. vide Barbof. *lib. 1. c. 52. ax. 4.* Anton. Gothofr. *disp. Feudal. 2. thes. 3. l. g. & Anton. Peregrin. d. art. 40. per tot.*

Effectus
orti.

27. Ad Effectum pertinent etiam Actiones, & non malè Effectus orti appellari possunt, quia non nascuntur immediatè, ex ipsâ majoratus constitutione, sed eas adhuc aliquod factum antecedit, unde ceu à proximâ causâ oriuntur ac operantur, ut est Rei

Rei Ven-
dicatio.

vendicatio, quæ datur successori majoratus, contra quemlibet rerum Majoratui suppositarum, detentatorem. *l. fin. §. 3. C. commun. de legat. l. 32. §. fin. l. 69. §. 3. ff. de legat. 2.* Rittershus. *in Novell. part. 6. c. XI.*

Fideicom-
heredita-
tis petitio.

num. 10. Fideicommissaria hereditatis petitio, contra eos qui bona hereditaria, pro herede vel bonorum possessore possident, non illum ipsum qui hereditatem restituit. *l. ult. §. 1. de fideicommiss. hereditat. petit.* Nucleus C. J. A. *d. t.* adde Nicol. Intrigliol. *de substitut. centur. 3. quest. 98.* Bachov. *ad Treutlerum, vol. 2. disput. 18.*

Actio ex
Testamen-
to.

lit. d. & e. Actio ex Testamento per quam agit fideicommissarius adversus gravatum, ut restituat hereditatem, non autem adversus tertios possessores, quia est personalis nec sequitur rem, sed personam

sonam obligatam. Nicol. Reusner. vol. 3. consil. 8. num. 220. & seqq.
Peregrin. d. tract. de fideicommiss. articul. 45. per tot. Tandem actio ^{Actio ex}
ex contractu, si per contractum majoratus fuerit constitutus, de ^{contractu.}
qua vide quæ dixi supra thes. 18. de Actione hypothecariâ Rittersh.
supra alleg. loc. & fusè Bachov. ad Treutler. vol. 2. disp. 14. lit. d. & e.

28. Inspicienda nunc veniant Dissentanea, sive Contraria, ^{Contra-}
ubi primo loco meritò alienatio ponitur. Cum enim majoratus, eo ^{ria.}
præcipuè instituantur fine, ut ad conservationem ac decus familiæ
bona in iisdè perpetuè conserventur, nihil huic fini ita contrarium
esse potest, quam id per quod bona non conservantur, sed eximuntur.
de quo supra thes. 23. 24. & seqq. Secundò, est rei in qua Majoratus
est constitutus, interitus. arg. 2. Feud. 23. §. ult. vers. usufruct.
iunct. §. 1. & ult. 1. de usufr. l. 2. ff. l. penult. C. de usufruct. Sic etiam
Emphyteusis tollitur sublato corpore. l. 1. C. de Iure Emphyteut.
vide Gothofred. Anton. Disput. Feudal. XI. thes. 9. lit. a. Alvar. Valascum
de Iure Emphyteut. quest. 17. princ. Ut & tertio, si familia extincta sit,
quo casu nec fœminas quidem in majoratibus succedere supra thes. 14.
affirmavi, sed ultimo possessori liberam alienandi facultatem, de jure, dedi.

29. An verò Confiscatio bonorum, possidentis Majoratum, ^{An confi-}
sit modus extinguendi Majoratum? dubia & inexplicabilis quæ ^{scari pos-}
stio, multis prudentiâ & doctrina, præstantissimis Jctis visa fuit. ^{sint bonæ}
Negativam quod Majoratus non extinguatur, tanquam rectio- ^{majoratus}
nem, amplector, licet ea confiscatio ob læsionem divinæ aut hu- ^{ob unius}
manæ Majestatis imposita fuerit. per l. 3. ff. de interdict. & relegat. ^{possess. de-}
ubi ille qui commisit delictum, ob quod ejus bona sunt publican- ^{lictum?}
da, solùm amittit bona sua propria & libera, non autem ea, quæ à
genere & suis majoribus habuit, & quæ generi suisque descenden-
tibus restituere debet. l. 12. princ. ff. de fideicommiss. libert. Adde Go-
thofred. Anton. disput. Feudal. de devolut. Feud. XII. thes. 4. per tot.
Crass. §. officium iudicis. quest. 23. num. 9. firmat hoc, Regula à Dd.
receptissima; Quod qui alienare non potest, nec etiam efficere va-
let, ut bona fisco deferantur, Dd. apud Garf. tract. de Tacit. fideicom-
miss. num. 28. & in tract. de expens. & meliorat. cap. 10. num. 48. pro-
batur itidem assertio nostra ex l. eorum 9. ff. ad L. lul. Maj. quæ ob cri-
men læsæ Majest. dicit non confiscari posse jura libertorum, & aper-
tius l. 4. ff. de Iure Patronatus. adde Betf. de pact. familiar. illustr. c. 8.
p. m. 483. De Præscriptione bonorum majoratum vide Nicol. ^{De Præ-}
^{scriptione.}

D

Reusner.

Reufner. *Consil.* 8. vol. 3. num. 163. & 200. Matthæi Wefenbec. *part.* 1. *conf.* 41. n. 172. Crass. *lib.* 2. *sent. artic. officium heredis. quest.* 20. num. 9.
Affinia. Consideravi hactenus Majoratum, quatenus in se existit: supersunt Affinia, quæ breviter cæteris partibus annectenda: è quibus
1. Feuda, præsertim Ducalia. vide Betsl. *de pact. famil. illustr. integr. cap. de iure primogenit. feudal.* quamvis etiam vulgaria in aliquibus convenient. *arg.* I. F. I. §. *hoc autem.* t. 8. §. *fin. ibid.* & 2. F. II. & 36. adde Alvar. Valasc. *de iure Emphyteut.* q. 50. n. 29. 2. Fideicommissa vulgaria. Ita ut præter ea, quæ in Majoratu propria & ex ejus naturâ proveniunt, omnia ex fideicommissis desumantur. jungatur Garf. *d. tract. de expens. & meliorat.* c. 16. n. 2. 3. Regna. lege Tiraq. *de iure primogenit. in præfat.* Hondedæum vol. 2. *part.* 4. *Consult.* 45. n. 1. Molin. *de Maioratu. disp.* 626. n. 8. 4. Confraternitates, de quibus plurimi scriptores multa prodidère, quos vid. apud Reinking. *de Regim. secular. lib.* 1. *class.* 4. c. 18. Dauth. *de Testament. p. m.* 84. & seqq. & alia Jura. addatur, supra laudatus Jctus Mantzius *in Epit. success. ab intestat. dissert.* 1. n. 44.

Conclusio. Quibus finio inque portum me recipio, benevoli censoris erit, ea supplere, quæ accuratiori limâ indigere videbuntur, donec fortè Deo vires atque ætatem clementer prorogante, majore cum industriâ hæc reassumere permissum erit, & si quid aliorum Præclarissimorum Jctorum sententiis adversari, scriptum reperitur, volo omnes sciant, me amicâ veritate & recti specie, in contrariam adductum esse opinionem. Nam nullo unquam tempore in me, aliis contradicendi vixit studium. Sin verò quædam utilia inserta leguntur, DEO OPT. MAX. à quo omne bonum proficiscitur accepta refero, errores autem imbecillitati ingenii mei adscribendos peto. Sed & subjecta materies quæ in legum subtilitate versatur me excusabit. Si quis enim in iis, quæ sunt de apicibus Juris errore labitur, facilè ei ignoscendum. Innoc. *in c. per tuas literas. extr. de Simonia.*, ad stipulante Franc. Card. Mantica *de coniectur. ult. volunt. lib.* 27. t. 7. *in fin.*

Sit sanctæ Triadi, Gloria,
Laus & Honor.

Strassburg, Diss., 765A-52

ULB Halle 3
004 774 795



f

Sb.

VD 17







J. G. Halbritter de majoratu.

IN NOMINE
SS. TRINITATIS
DISSERTATIO INAUGURALIS

adscr. H. J. 1537.
2, 10.
308
1651, 6.

De
MAJORATU.

Vulgo
Majorats, Gütern/

Quam
Præsede & auxiliante DEO O. M.

Auctoritate & decreto
MAGNIFICI, NOBILISSIMI ET
CONSULTISSIMI JURISCONSULTO-
RUM ORDINIS, IN CELEBERRIMA
ARGENTORATENSIIUM
UNIVERSITATE,

Pro summis in UTROQUE JURE Honoribus
& Immunitatibus

DOCTORALIBUS

Ritè legitimèque consequendis.

Publico ac solenni examini submittit
JOHANNES GEORGIUS Halbritter
Ratisbonensis.

Ad diem 24. Maii
Loco horisque consuetis.

ARGENTORATI,
Excudebat Johannes Piffel/ Anno clc lcc Ll.

